PLETHORA

DISSERTATIONE INAUGURALI

PRÆSIDE

G. M. GATTENHOF

PHIL. ET MED. DOCTORE, MAT. MED. BOTAN. ET THERAP. SPEC. PROF. PUBL. ET ORD. REV. ET CELSIS. PR. EP. SPIR.
NEC NON
SEREN. PRINCIPUM HOHENLOHE-WALDENBURGICORUM SCHILLINGSFÜRST ET BARTENSTEIN ARCHIATRO

IN

ANTIQUISSIMA PALATINORUM ACADEMIA

EXAMINATA ET PROPOSITA

A

JOSEPHO CHRISTIANO SCHNORR

PALATINO BRETTENSI

DIE 25 AUGUSTI ANNO MDCCLXXIX

HEIDEL

TYPIS JOANNIS BAPTISTÆ WIESE

DEO

PATRIÆ ET AMICIS.

PLETHORA.

I.

De ſanguinis uſu in corpore animali non jam nobis repetenda ſumimus momenta phyſiologica, quæ abunde exhibuit Cl. PRAESES *diſſ. de v. ſ. indicationibus.* Eum certe ſummum eſſe conſtat, quod primo fere in corpore animali naſcatur a); cum primis cordis in foetu initiis, primisque motibus adpareat, experim. HALLERI b); queis cum iis fibrillarum, in cor compaginandarum motibus, flavedo primum, dein rubor in liquido naſcitur c). SANGUINIS uſus

II. Id ipſum naturæ inſtrumentum ... mot adplicato, vaſa ſibi parat explicatque; qu

a) FR. HOFFMANN. med. rat. ſyſt. T. I. p. 81.
b) HALLER. opuſc. min- T. II. p. 369.
c) HALLER. l. c. p. 10. SPALANZANI Abhandl. p. 91.

robur auget ac conſervat, ſuo per vaſa motu viſcerum partiumque omnium actiones animat, chylum in ſanguinem convertit, ſuamque ipſe integritatem, determinatam denſitatem, figuram, alias dotes, ad circulationem vitalem, actionis arterioſae vires modosque neceſſarias, perenni per vaſa motu tuetur ac reparat.

quantitas naturalis variis calculis

III. Sed quod quantitatem ejus naturalem in C. H. attinet; uti motu primo, motusque viribus naſcitur, ita diverſum corporis robur, vaſorumque capacitatem ſequitur, ut difficillime determinari poſſit: Variis Cl. virorum experimentis, quae collegit HALLERUS d) alii 20. 30^mam^ totius corporis partem; LOBBIUS e) ſanguinis per vaſa majora circulantis, quantitatem, totius ponderis corporis partem 19^nam^ vel vigeſimam; alii 10. 11. 12^mam^ adſumpſere; ut in adulto homine alii octo libras, alii 27. cum QUESNAY, alii cum FR. HOFFMANNO 28 libras admittant, quæ ratio ad mediocrem hominis molem eſt, ut 1. ad 5. Ingentem vero ejus copiam eſſe, non tam ex ſolidorum ratione ad fluida immenſe minore, doceri poteſt, quam phyſiologia ſtatuit f) in homine 133 libræ; tantum 26^tam^ partem ſolidam eſſe opinantur g).

IV. Quæ vero fluidorum maſſa non unico quidem ſanguine, [illegible]ra fluidorum portione, ſed ingenti fluiorum [illegible]n, quæ in vaſis minoribus, minimisque, [illegible] cellulis continetur, conſiſtit, æſtimari-

V. Sed

[illegible]. Elem. phyſ. T. II. p. 2.
[illegible]act. Arzn.
[illegible]not. [illegible]erh. ad §. 440. g) PLATTNER Briefe.

V. Sed maxime ingentes enormesque ſanguinis jacturæ per vulnera caſusque alios factæ, eam ſanguinis copiam docent, atque eæ ſubitæ quidem; nam per lentas hæmorrhagias immenſa fere viſa eſt hæc jactura: Alia hæmorrhoidum, quotidie fere per plures annos fluentium vulgaria exempla ſunt; ſed & earum copioſiſſimarum, per quas totis continuis 62 diebus, quotidie libræ ſanguinis quinque fuſæ fuerint, exempla; alia fuſi ſanguinis per uterum ſucceſſive, ut omni menſe 125 unciæ funderentur; alia creberrimæ venæ ſectionis, hæmorrhagiæ narium quotidiana exempla collegit Hallerus h). Pechlinus i) e vulnere thoracis ingentem quotidie ſanguinis copiam fuſam deſcribit, ut aliam hæmorrhagiam vidiſſe ſe, aut legiſſe majorem haud meminerit, ſanitate tamen ſenſim reddita; Hildanus k) hæmorrhagiam umbilici deſcribit, intra duos dies ſenſim ad libras 27 fuſam, ſanitati tamen reſtituto homine. Fœminam novi debiliſſimam, hyſtericam, pallidiſſimam, quæ omni decimo quarto die per ſex annos V. S. paſſa, ut ingens alias, certeque inſtans hæmoptöe aut vomitus cruentus præcaveretur: Fœminam nobiliſſimam novi, quæ continuo dolore ardente ſub hypochondrio ſiniſtro vexata, niſi quotidie fere ſanguinis congrumati fruſta, pugnos viriles æquantia 3. 4. l. 5. ano egeſſiſſet. Miſeranda fœminarum, accedente ſenio hæc ſors eſt, qua ceſſantium catameniorum epocha, eas ſanguinis uterini jacturas fere quotidianas per aliquot annos ferunt, calamitoſi uterini ſtatus carcinom[illegible]

æſtimatæ ab hhagiis lentis.

h) Haller l. c. p. 4. 5.

i) Pechlinus de vulnere Thorac. vol. II. Hall. chir.

k) Hildanus obſ. chir. cent. III. obſ. 37.

vidi eas, quæ ſenſim duplum totius corporis pondus ſuperarent. Quæ certe immenſa fere copia ſuppeditari nequiſſet, niſi magna ſanguinis vis in vaſorum ſyſtemate contineretur.

ex hhgiis ſubitis

VI. Sed & evidentius fere in ſubitis illis ſanguinis profuſionibus argumentum eſt, uti hæmorrhagiæ narium viſæ ſunt ad 10. 11. 15. 18. 22. 30 libras, uti exempla collegit Hallerus l); vomitus cruenti ad libras 16 exemplum Bartholinus habet: Sanguinis enormis vis vomitu reddita ad 15. 27. 30. 24. 18. & in eodem paroxyſmo libras, ut ſumma amiſſi ſanguinis eſſet libr. 202. neque tamen eo minus æger convaleſceret: Alii hæmoptöes copioſæ ad libras 14 inter 24 horas, ad libras 22; alii alibi fuſi copioſiſſimi ſanguinis exempla referunt, quin homines quidem omnes perierint m).

copia magna

VII. Ex quibus magnam certe ſanguinis copiam in vaſorum ſyſtemate contineri concludimus; namque nec illæ copiæ quidem ſanguinis quantitatem definiunt, quæ in vaſis minoribus contenta, nec tam ſubito ad majora vaſa duci poteſt, atque vitæ adhuc micas & ſanitatis recuperandæ ſpem fovet. Atque illud experimentis quoque cognitum, animal $\frac{2}{3}$ ſanguinis jacturam ferre abſque morte non poſſe n), ut copia adeo ſemper reſtet ſanguinis, ſi ſalutis ſpes ſupereſt.

[illegible] hæc mira toties in variis variatio; pro [illegible]ris augeri eam quantitatem adnotat Hallerus

[illegible] l. c. p. 4.

[illegible] morb. V[illegible] p. 89. n) Haller l. c. T. I. p. 494.

rus o); indeque plus fero animali ſanguinis, quam domeſtico ineſſe, experimenta docuerunt; atque in univerſum ſtatuit Hallerus p), ſanguinis pondus eandem rationem ad reliquum corpus obtinere, quam cor obſervat.

IX. Pro ratione amplitudinis vaſorum; hinc in procerioribus corporibus adnotante Halesio q) major ſanguinis copia. procéritate

X. Pro dilatabilitate ejus ſyſtematis, hinc fœminis major copia, quam maribus, obſervante Halesio r), quibus robuſtior rigidiorque fibra colligendæ ſanguinis copiæ reſiſtit: Dum fœminæ per abortum ac partus, aliasque cauſas ingentem ſanguinis copiam, ſalva vita, amittere videntur, uti crebra obſervatione conſtat s); easque potiſſimum huc refert Schwenke t), quæ macilentæ, magnasque venas poſſident, quibus cor majus eſſet. dilatabilitate vaſorum

XI. Inde & juniora animalia plus ſanguinis habent, quam ſenex vetulumque u); hinc recens nato homini cutis univerſa & ipſa cornea oculi tunica rubet; quæ omnia ſenſim diminuta ſanguinis portione, per ætatem exalbeſcunt: Quorſum & haud dubie illa ratio cordis pertinet, quod in fœtu inſigni ratione majus & in infante proportione cordis

 etiam

o) Haller l. c. T. II. p. 57.
p) Haller l. c. p. 6.
q) Hales. hæmaſt. p. 21.
r) Hales. l. c.
s) Nov. act. N. C. v. IV. obſ. 36.
t) Schwenke hæmat. p. 23.
u) Haller l. c.

etiam cor adulti ſuperat w) in proportione reliqui corporis; uti cor fœtus maturioris ad cor adulti hominis viſum eſt, uti 40 ad 24, in vitulo abortivo ad cor vaccæ, uti 51 ad 37. dum in adulto vergenteque ætate, vires hominis & cordis portio minores fiunt.

quæ prima ſanguinis origo.

XII. Licet vero eam ſanguificationis, ſ. ſanguinis conficiendi virtutem haud ſoli cordi deferendam eſſe exiſtimemus, ſed virium potius totius machinæ animalis, actionis arterioſæ per omnes partes, viſcera quælibet, præſertimque pulmones diſtributæ, effectum eſſe, pluribus ſatque perſpicuis argumentis phyſiologia oſtendat; liquet tamen experimentis in ovo incubato, primis cordis motibus eum liquorem naſci, quem ſanguinem dicimus.

XIII. Rectiſſime adeo ex copioſis ſuis experimentis eo in argumento inſtitutis, concludit Robinson, in univerſum habitum athleticum eſſe, ubicunque cor ad reliquum animale corpus maximam rationem habet; unde ſanguinis probi copia; inde nutritionis vires roburque corporis pendet.

Signa tamen [illegible]llacia

XIV. Quantumcunque vero hæc certa ſatis, ſuis in experimentis fundata, ſanæ phyſiologiæ præceptis nitan[illegible]ur; ſuis tamen in ſignis fallacia toties, obſcura dubiaque [illegible]ties enim vero prædicari audias athletam, ipſis[illegible]alutari, qui toroſo obeſoque corpore nutri[illegible]ri oſtentat, roburque etiam corporis, dum a juven-

[illegible]R l.
[illegible]morb. [illegible] T. I. p. 430.

juventutis vigore vires fuppetunt, exhibent, fed quantum ab ea forma fallaciæ?

XV. In obefis minus certe fanguinis; quo plus in corpore adipis eft, eo minorem procul dubio fanguinis portionem effe, teftatur HALLERUS x); adnotat idem HALESIUS y), itidem SCHWENKE z) aliique; dum & cellulofa, mole liquidi oleofi gelatinofique turgida, vafa fanguifera ubivis preffione anguftiora reddit, minusque ad fanguinis copiam capacia; & corporis ea fabrica viribus deftituta videtur, quæ fufficiant chylo, ex adfumptis parato, in probi fanguinis dotes convertendo; fed elaboratum quidem gelatinofum oleofumque liquidum in primo adfimilationis gradu hæreat, & in cellulofis telis congeratur: Videas in iis, quam parvæ anguftæque venæ in artubus difponantur, fere ad V. S. haud aptæ fatisque patentes. in obefis minus fanguinis

XVI. Sed & in debilibus hominibus a variis caufis prægreffis, ipfisque in morbis decrefcit ea fanguinis quantitas, ut mirum fæpe fit, qua ratione vitæ fuftinendæ par exiftat. in debilibus

XVII. A fame omnem fere fanguinem exhauftum obfervat SAGAR a); inanes ab inedia arterias adn[illegible] LERUS b); in venis cordeque nullum fanguine[illegible] fang[illegible] deficie[illegible] obfer[illegible]

x) HALLER l. c. T. II. p. 6.
y) HALES l. c. p. 32.
z) SCHWENKE l. c. p. 102.
a) SAGAR de morbo epid. p. 5.
b) HALLER opufc. min. T. I. p. 88.

functo in colica c); in phthiſico nullum præter pulmonem ſanguinem d); in febre miliari ſanguinem vix ullum obſervatum e), in ovibus, faſciolis, ſ. vermium genere hepatico laborantibus mortuisque, ſanguinem exhauſtum f) celeb. viri adnotant. Vidi ipſe virum juvenem, robuſtum adparentem, procerum, in ſervitiis agriculturæ, febre acuta continua, præter opinionem mortuum; in cujus cadavere præter molem lienis, ſanguine gangrænoſo turgidiſſimam, nullus ſanguis in corde, vaſisque majoribus omnibus, licet paulo ante mortem pulſum fortem, magnum, frequentem, ſed molliorem adnotaverim; quod idem obſervaſſe ſe refert de Haen g); alii plura obſervata habent pauciſſimi ſanguinis, in cadaveribus reperti, nova acta N. C. h) Camerarius i) Schwenke k) Morgagnus l) Gorterus m); ne duas uncias inventas refert Lieutaud n) de Haen o) Heuermann p); unde parva etiam vulnera lethalia redderentur: Vidi ſenem, debilem, bibulum, levi vulnere rami arter. temporalis defunctum, in cujus cadavere nulla alia læſio adparuit, ſed nullus

c) Kupfer de volv. vol. III. Hall. pr. p. 373.
d) Haller elem. T. II. p. 220. 227.
e) de Fischer de febr. miliari. p. 36.
f) Sagar. l. c.
[illegible]aen rat. med. P. VI. 212.
[illegible] act. N. C. T. I. obſ. 100.
[illegible]erarius vol. V. Hall. chir. p. 465.
[illegible] vol. VII. Hall. 483.
[illegible] de ſed. & cauſ. morb. Ep. 36. n. 11.
[illegible]s de perſpir. p. 385.
[illegible]taud pr. med. T. I. p. 53.
[illegible]aen l. c. P. IX. p. 45.
p) Heuermann chir. T. I.

nullus fere obſervatus ſanguis. Vidi in debilibus hominibus a. V. S. etiam parca inconſulto adhibita, continuo fere pedes oedemate hydropico ſquallidos & hydrope demum invaleſcente mortuos; dum quantum ſanguinis denſi copia imminuitur, tantum invaleſcit aquoſæ partis ratio colluviesque, quaqua verſum extra vaſa in cava celluloſa exundans: ſimiles a fluxu hæmorrhoidali periodico copioſo, mutationes in cadaveribus deſcribit ROBIN q), ſanguinisque veri in vivente adhuc ægro non ultra decem uncias æſtimat. A. V. ſectionibus crebris in febre tertiana, accedente demum ſubita ſyncope, lethali præter alia, venas cerebri, plexusque choroideos in cadavere inanes flatulentosque deſcribit LIEUTAUD; idem poſt peripnevmoniam 25. V. S[bus] debellatam, in cadavere reliquas corporis partes fere exſangues, it. in virgine chlorotica, plusquam centum V. ſectiones paſſa adnotat r). Mira certe hæc ſanguinis, ratione copiæ variatio in hominibus, ſuasque ſemper cautelas exigens.

XVIII. Sed & ejus ſanguinis abundantia in C. H. Veterum jamjam attentionem in curandis morbis meruit, quam *Plethoram* dixere, atque hodiedum recepto eo nomine ſalutant. PLETHORA

XIX. Nimia vero illa copia eſt, quæ majorem habet rationem ad corporis magnitudinem ac ſyſtematis vaſorum rationem, quam commodum vitæ exigit. Alii apicem ſanitatis dixerunt, ſive non quidem ipſum adhuc morbum, ſed cauſam tamen morbi proximam; dum multis

cauſis

q) In diario ROUXIANO vid. comm. de reb. in ſc. nat. vol. XIX. p. 482. r) LIEUTAUD. hiſt. anatom. p. 158. 113. 188.

causis, non evitabilibus, rarescere sic potest commoverique, ut vasa dilatet nimis, debilitet varioque morbi genere rumpat.

causæ XX. Nascitur omnino causis supra dictis, viscerum chylopæorum bonitate, eorumque, quæ ad sanguinem conficiendum requiruntur, accedente vitæ lautæ beatitudine, qua ejus materiæ principiorumque sanguinis constitutivorum e victu præcipue animali plurimum suppeditatur; dum & causæ aliæ, majores eas copias consumpturæ, negliguntur per otia minoresque corporis exercitationes, surrogatis aliis per somni lectorumque mollitiem, regimen externum calidius, cui quis insueverit, quæ relaxato potius fibræ solidæ elatere, systematis vasorum capacitatem ad locandum id penu fovendumque, inducunt non tam, quam ejus in variis viscerum recessibus, præcipue encephalo, collectioni favent; unde potissimum a somno, apoplexia, ejus plethoræ effectus ingruit s). Quorsum & illa corporis dispositio pertinet, quæ id systema ipsa corporis fabrica dilatabilius habet.

non a robore corporis XXI. Neque adeo corporis quidem robur fibræque solidæ densitas firmitasque, quæ robustum effingit agricolam, sufficit; dum in laxa mobilique corporis fœminei constitutione ea plethoræ genesis est supradictis observationibus; ut resistere potius plethoræ corporis robur videatur t). Præcipue huc pertinet peculiaris plane virtus tum virium digerentium, in solvendo extrahendoque, quidquid solubile gelatinosumque in adsumptis continetur, eoque in bonum chylum convertendo, quæque in debi-

s) Nunquam apoplexiæ alio tempore, quam a somno, ingruentis ego saltem memini.

t) Tissot Abhl. über verschiedene Gegenstände der Arzneyw. p. 173.

debilibus ſæpe, inque ipſis phthiſicis integerrima ſupereſt; tum virium adſimilantium chyli, eumque in ſanguinem convertentium non tam, quam ejus denſitatem ſpecificam conſervantium, quæ proba cordis vaſorumque actione conſiſtit. Sed & ſyſtematis vaſorum minimorum ſanguineorum peculiaris ratio ſubeſſe videtur, quæ virtute minus vegeta attenuandi ſanguinis, ejusque in minimas particulas dividendi gaudent, quæ aliis ſe- & excretionibus ſecedant. Eorum certe vaſorum vitia ſubſunt, quæ plethoræ toties partiali variisque hæmorrhagiis favent.

XXII. Excretiones utique naturales corporis adſumptorum rationi haud reſpondere, neceſſum eſt; reſpondens enim, quantumcunque cibi adſumptum fuerit, colligendæ liquidorum copiæ repugnat; licet turbata hæc excretionis proportio ad eadem vaſorum minimorum ſanguiferorum vitia referenda videatur, effectumque potius ſæpiusque plethoræ, quam cauſam agat. Hæc illa hominum conditio eſt, qui copioſos inter cibos potusque lautos macilenti manent, ſtrictioremque corporis ſui fibram retinent.

ab excretionum proportione imminuta

XXIII. Queis cauſis ingens & immenſa copia ſanguinis generari poteſt: Danturque homines, qui peculiari corporis ſui conſtitutione incredibilem ſanguinis copiam parant, adnotante Tissoto u) quin eam a robore corporis repetere virtutem l. & ſuſpicari ſæpe liceat, ſed ejus vi peculiari in ſanguine ex quibuslibet fere adſumptis conficiendo; cujusque adeo ratio obſcura adhucdum latet. Hæmorrhoidariam fœminam memorat Tissot, quæ per annum 412 libras circ. ſanguinis amiſerit, licet croci

a peculiari corporis conſtitutione

u) Tissot l. c. p. 175.

Martis magnis dosibus usa; alia supra dixi fœminarum, debilium etiam, exempla.

Plethora vera rarior. vocis abusus.

XXIV. Sed & rarior hæc quidem avis plethora videtur; si temperamentum sanguineum, ut vocant, ab ea distinguimus, quod a bonis viscerum suorum viribus sanguine probo turget: Magnus in ea voce abusus est, quo & conceptis propriæ sanitatis roborisque ideis, sibi blandiuntur, & familiaris toties V. S^is, in qua proprio sibi consilio placent, rationes habent; ut pauperes etiam, senes, malo parcoque victu utentes, milites exercitatos, solo fere pane militari sustentatos, bajulos in plethoricorum classem toties relatos audias, solo fere indicio a venarum in manubus brachiisque tumescentia petito; cujus fallacia facile tum a naturali quorundam habitu adparet, tum, quod a viscerum abdominalium vitiis, liberam ibidem circulationem prohibentibus, efformetur toties, dum inter obstacula abdominalia sanguis in extremos artus copiosior determinatur, subsidetque facile solo leniorum catarcticorum usu continuato, uti crebra quotidianaque observatione constat; atque adeo absque computatis simul primarum viarum vitiis, plethora recte æstimari nequit.

Distinctio plethoræ a temperamento sanguineo.

XXV. Distinguendum vero inter polyæmiam s. sanguinis copiam auctam naturalem, quæ temperamenti sanguinei est, & illam præter naturalem, quam plethoram dicunt, quæque copia sanguinis boni major a Boerhavio dicitur w) quam quæ ferre possit eas mutationes, quæ cito inevitabiles, l. a caloris augmento l. minimo vitio rerum non naturalium, adfectu animi validiore &c. x) accidunt, nisi inducantur morbi; proportionemque adeo syste-

w) Boerhave aph. §. 106. x) Gaubius pathol. §. 388.

ſyſtematis vaſculoſi læſam refert, neque ſubſiſtere diu abs-
que morbo brevi inducendo poteſt.

XXVI. Diſtinguenda porro *varia plethoræ genera:* Quæ confuſa invicem varios errorum tum in cognoſcendis, tum curandis morbis fontes conſtituunt. Plethoræ genera

XXVII. Habetur primo *plethora ad molem*, quæ vera ſic dicitur & abſoluta, ponitque molem ſanguinis reipſa ita exuberantem, ut vaſis continentibus moleſta ſit y); hæcque a V^vbus ad *vaſa* dicta plethora; atque in molliori habitu corporis ſanguine undequaque perfuſo, partes intenſe rubent turgentque; maxime ubi vaſa nulla cute tecta, nudaque adparent in oculorum angulis, adnata oculorum tunica, labiis, ore, faucibus aliisque partibus; habitus inde corporis floridus, Euſarchos, plenus, pinguis, planities abdominis; in ſtrictioribus contra corporibus vaſa majora magis diſtenduntur, venæque præ arteriis laxiores ultra modum tumeſcunt; maximeque accedente levi rarefactione per motum corporis, calorem aëris auctum, alia quæcunque calefacientia diſtentionis ſenſus in omnibus muſculis tumorque diffunditur, cum motus quadam difficultate, ſegnitie, ſomnolentia z), vertiginoſa capitis gravitate, conſideratis ſimul cauſis antegreſſis, ſupra dictis; arteriæ plenæ, magnæ, pulſus tamen parvus a), dum moles movenda major ab eodem naturæ conatu nonniſi tardius moveri poteſt. Plethora vera

XXVIII. Quorſum & momentum illud referendum conſiderandumque videtur, num ſanguinis eæ copiæ in ſyſtemate arterioſo magis, quam venoſo hæreant: Quod pro Plethora pro ætate arterioſa l. venoſa

y) v. Swieten Comm. T. I. ad §. 100. z) v. Swieten l. c.
a) de Sauvages pathol. method. p. 106.

pro ætatis temperamentique ratione differre omnino, variosque effectus producere videtur: Ita namque in junioribus arterias magis dilatabiles laxioresque constituit Natura, quæ continuatis demum cordis motibus, circulantisque sanguinis vi, ipsa ætate magis evecta, solidiores densioresque redduntur, magisque præ venis indurescunt, in quas minor cordis impetus urget; quam diversam vasorum conditionem experimentis WINTRINGHAMI illustratam, pluribus refert HALLERUS b); qua certe ipsa ratione in junioribus sanguis in arteriis copiosior c), facilesque illas variasque hæmorrhagias efficit; quæ majori ætate cessant; in qua potior venarum uti externarum manifestus tumor, ita & internarum toties, hæmorrhagias magis ominosas molestioresque efficit in hæmorrhoidibus, sputis vomitibusque cruentis.

Plethora ad spatium

XXIX. Huic plethoræ veræ adfinis est *Plethora ad spatium* dicta GAUBIO d); quæ ex imminuta systematis circulatorii capacitate oritur, quantitate simul sanguinis pariter haud imminuta; dum quantitas ingestorum & vis coctrix eædem remanent, uti amputatis artubus, castratione e) aliquando fit, visusque inde mictus cruentus, hæmorrhagiæ narium. Dysenteriam a plethora ab amputatione describit HILDANUS f); ubi deficiente nimirum solo spatio angustioreque reddito, quo contineri debebat sanguis, abundat in reliquis, etsi nec mole nec volumine auctus. Respectivam ideo vocant, cujus origo non copiæ, sed spatio angustiori debeatur.

ab amputatione

XXX.

b) HALLER elem. T. I. p. 72. c) WITHERS Bemerk. über die Fehler beim Gebrauch der Arzneimittel p. 12. d) GAUBIUS pathol. §. 389. e) de SAUVAGES l. c. p. 106. f) HILDANUS Cent. II. obs. 100.

XXX. Idem fieri monet Gaubius firmarum partium majori constrictione; uti plethoræ effectus manifeste in utero a constrictis vasis femoralibus adparet; queis eorum vasorum spatio angustato, sanguis in vicinis congregatur; Hamiltoni g) evidens facileque experimentum docuit, quo ea methodo accelerari pulsum, plenitudinis circa uterum gravitatisque sensum, brevique sequi catamenia observavit; methodus probata Swietenio h) Haenio i) aliisque celeberrimis Practicis; qui & eodem argumento in vehementioribus hæmorrhagiis artuum ligaturas a vv[bus] commendatas rejiciunt, uti Leake k) Pasta l) Astruc m) aliique. Eadem ratio frequentis narium hæmorrhagiæ a collari nimis stricto, quam refert Swietenius n); eædem a vestitu nimis stricto noxæ; hæmoptöen refert Ludwig o) Swieten p); thoracum nimis arctarum in fœminis noxas in menstruis nimiis, it. fluorem album adnotat Plattnerus q); alios plethoræ effectus, hæmorrhagias, vomitum cruentum Tissot r) hæmorrhoides *fränkische Anmerkung.* s) adnotant: Quem in hæmorrhoidibus effectum a calceis, ocreis, caligis arctioribus eædem observant t). Gibbositatis, adfectus nostris in oris familiaris, quæque cum varia aortæ, venarum cavarum, aliorumque vasorum mutata directione, angustatione non potest non esse conjuncta, similes in apoplexia, potissimi vero plethoa causis constringentibus

plethо-

g) Continuat. obs. Edinburg P. II. art. 31. h) v. Swieten T. IV. p. 438. i) de Haen rat. med. P. VI. p. 266. k) Conf. Murray pract. bibl. vol. II. p. 270. l) Act. Edinburg. P. VI. p. 586. m) Astruc Fr. Zimm. Krankh. p. 320. n) v. Swieten T. III. p. 330. o) Ludwig instit. clin. §. 368. p) v. Swieten T. IV. p. 10. q) Plattnerus art. med. §. 241. 545. r) Tissot Krankh. der Reichen p. 158. s) Fränk. Anmerk. Vol. VII. p. 508. t) Fränk. Anm. l. c. p. 509. it. Desessart von Erziehung der Kinder. p. 437.

plethoræ abdom. infarctus atrabilarii, gangrænæ demum abdominalis effectus sunt.

coarctantibus

XXXI. Similes plethoræ effectus a causis aliis coarctantibus constringentibusque sunt: Vti terrorem, accessum frigoris febrilis, frigus magnum subitumque refert GAUBIUS u) it. SAUVAGES w); a quibus toties congestiones sanguinis in partibus interioribus contingunt; unde a frigore febrili hepatis, it. cordis pulmonumque noxas repetit SENAC x) mortemque ipsam SWIETENIUS y) it. SYDENHAM z): Ita frigore hæmorrhagias vehementiores fieri adnotat SCHWENCKE a) atque inter causas hæmoptoës, gelu corporis superficiem vasaque externa constringens, refert HOME b); iisdem effectibus a frigore valido apoplexias subitasque mortes observat TRALLES c); Frigus externum, dum omnes reliquas in habitu corporis venas vehementer arctat, sanguinem in cerebrum congregare, cujus immobile involucrum nullum frigus arctare possit, HALLERUS adnotat d); in fœmina frigore enecta, vasa sanguinea cerebri, cruore plenissima vidit ROSENIUS, it. QUELMALZ e); inflammationem in cerebro describit *Promptuar. Hamburg.* f); validum frigus tanquam apoplexiæ causam accusat MORGAGNE g) rationemque a contractis vasis exterioribus addit, si maxime subitum fuerit: A diu durante aëre frigido siccoque HUXHAM observat h) it. RAMAZINI

u) GAUBIUS l. c. w) SAUVAGES pathol. meth. §. 52. x) SENAC de abscondit. febr. nat. p. 105. 106. y) v. SWIETEN l. c. T. II. p. 513. 514. z) SYDENHAM p. 94. 101. a) SCHWENCKE hæmat. p. 35. b) HOME princ. med. p. 231. 232. c) TRALLES diæt. princ. p. 327. d) HALLER l. c. T. IV. p. 171. QUELMALZ de frigor. effic. f) Hamburg. Magaz. v. III. p. 346. g) MORGAGNE de sed. & caus. morb. Ep. III. n. 13. h) HUXHAM op. P. I. p. 349. 362.

MAZINI i); frequentem inde anno 1709 refert GREBNIZIUS k), idemque a ventis ſeptentrionalibus l. diu durantibus l. ſubito ortis, SARCONE adnotat l); ipſeque TISSOT varias obſervationes colligit m): Effectus ſimiles in pulmonibus eas arctatorum vaſorum exteriorum corporis noxas luculenter demonſtrant, dum pulmones ita ſanguine infarcti a frigore viſi ſunt, ut in aqua ſubſiderent immerſi n).

XXXII. Rigiditatis porro in ſolidis vaſisque variorum, inprimis tenuiorum generum inductæ, pares effectus ſunt, adnotante GAUBIO, quod potiſſimum in ſenibus vitium eſt; dum ipſius vitæ actione vaſa minora ſenſim compaginata eliſaque, impervia ſuis liquidis, ſolidorum compagem duriorem ſiccioremque reddunt, atque mollem pulpoſamque corporis ſubſtantiam in aſperam fere, rigidam & exſuccam convertunt: Adeo totidem his in vaſis obliteratis circulatio humorum prohibita, in majora interioraque vaſa convertitur, molemque a prohibitis minorum excretionibus, neceſſario accumulat, & plethoræ effectus producit; inde non tam in pulmones, & tracheæ glandulas decubitu, ſenum tuſſes illæ pituitoſæ, coryzæ, aſthmata, peripnevmoniæ nothæ, plerisque lethales oriuntur; hinc ominoſas in ætate provecta coryzas habet LIEUTAUD o), quod haud raro adfectus comatoſos l. apoplexiam poſt ſe trahant, l. & iisdem rationibus ſenum tuſſes chronicas in catarrhum ſuffocativum terminari, crebra obſervatio docet p). — rigiditate ſenili

XXXIII.

i) RAMAZINI Conſt. Epid. Mutin. op. ſyd. T. II. p. 29. k) Hiſt. epid. Germaniæ l. c. p. 209. l) SARCONE epid. in Neapel. P. I. p. 60. m) TISSOT Verſch. Abh. p. 132. n) VOGEL med. Bibl. Vol. VIII. p. 352. o) LIETAUD prax. med. T. I. p. 332. p) PLATTNERUS de art. med. §. 406.

XXXIII. Sed & propiores plethoræ effectus, maxime salvo adhucdum, uti toties fit, adpetitu, neque detracta ciborum copia, habet v. c. hæmorrhoidum, toties in senibus accedentium; aliquando & narium hæmorrhagiam, toties senibus ominosam parit, quam apoplexiæ prodromam plerique habent q), aut imminentem in cerebro serosam colluviem metuit LIEUTAUD r); unde lentæ illæ apoplexiæ serosæ trahuntur: Apoplexiam senum eodem fonte, etiam sanguineam adnotat MORGAGNE; qui omnino sanguinis, vasa viscerum adgravantis effectus, dum ab externis, spatio circulatorio imminuto, excluditur, qui ad plethoram ad spatium dictam pertinet, magisque toties eos in effectus urget, dum accelerato per quascunque causas motu, ac rarefactione inducta, per animi fortiora pathemata, potusque generosiores, spatium majus, alias sibi denegatum, adfectat, fragiliaque vasa rumpit s).

a spasmo XXXIV. Adfectionum spasticarum similis ratio est, effectusque refert, ad idem plethoræ genus pertinentes; dum vasis alibi spastica fibrarum suarum muscularium contractione angustatis occlusisque, aut & partium, quibus accumbunt l. innectuntur, simili adfectione, in alia liberioraque vasa sanguinis major moles ac vis coacervatur, ac morborum toties medentiumque ideas, accitis alienis plethoræ phœnomenis fallit: Eo intestinorum vitio sæpe, aut flatulenta distentione, aut saburræ latentis putredine phlogoses, ebullitiones, morborumque inflammatoriorum toties effinguntur phœnomena, quæ pleuritides illas biliosas ac peripnevmonias epidemicas efformant, facile hisce

mor-

q) LUDWIG inst. cl. §. 377. KLEIN interp. cl. p. 123.
r) LIEUTAUD l. c. p. 353.
s) LUDWIG de pleth. differ. §. XX.

morborum larvis alienis fallentes, & in iniquas medendi vias trahentes. Hypochondriacorum ac hystericarum similis hæc facies, qua se inter plethoricos referunt, ac iteratis V. S^bus sibi consulendum putant, dum reliqua simul phoenomena, venarum in brachiis tumor, facies tumida, florida rubicunda, pulsus magnus, fortis, aut durus sæpe spasticusque in easdem plethoræ t) notas conspirant. Hæmorrhagiæ variæ, quæ inter primaria plethoræ phænomena referri vulgo solent, potissimum in spasmis aliarum partium rationes habent, ut & inde causam hæmorrhagiæ proximam repetat Fr. Hoffmannus u), & quæ sæpe antecedunt phoenomena, dolorem, sensumque palpitationis circa lienem ad easdem causas Swietenius w) reducat: Eadem hæc spasmi dominantis, qui maxime frigus febrile efficit, haud dubie ratio est, qua febris intermittens sub larva hæmorrhagiæ narium periodicæ latuisse visa est, ut adnotat Rosenius x).

XXXV. Adparet vero, quantum ea in forma fallaciæ subsit sæpe numero, errorumque campus amplissimus; dum alienæ oppositæque spasmi causæ aut ab acri irritante, aut simul ex inanitione vasorum, aut ex ea sola pendent y), aut aliis a causis haud cum aucta humorum massa, sed imminuta potius conjunctis, ut plenitudinis phoenomena inferant, cum sanguinis maxime defectus sit. hujus plethoræ fallacia ab acri

XXXVI. Adparet obstructionum in visceribus latentium easdem rationes effectusque esse; ut alienis in vasis alienas valetudinis aut morborum facies induant; inde floridæ illa toties in phthisi, asthmate; atque ipsæ narium hæ- ab obstructionibus

t) Schwenke l. c. p. 36. u) Fr. Hoffmann med. rat. T. II. p. 116.
w) v. Swieten l. c. T. II. p. 463. x) Rosen Kind. Kr. p. 345.
y) Ludwig de pleth. diff. §. XXI.

hæmorrhagiæ eo obſtructorum viſcerum fonte fluunt, uti eas l. chronicas etiam ex ſcirrhis hepatis lienisque ortas adnotat BONETUS z); ipſo in hydrope iisdem vitiis hæmorrhagia narium aliquando fluit, malo omine notata a), niſi nimiæ ſanguinis denſitatis vitio flagret morbus, obſervante MONRO b).

XXXVII. Alia plethoræ genera ſunt, nobis in argumento tam utili conſideranda; quod cum vera illa plethora confundi toties ſoleant, minusque rectas medendi rationes exhibeant.

Plethora ad volumen

XXXVIII. Datur *Plethora*, quam ad *volumen* GAUBIUS adpellat c): Sed adparens quoque & ſpuria dicta, quæ aucto rarefacti ſanguinis volumine, molem veluti auctam mentitur, licet nullo modo aucta ſit aut exſuperet; namque cum capacitas canalium haud eodem gradu una & æquabiliter dilatetur, expanſus humor, quo antea modice repleti fuerant, majus ſpatium adfectando, haud aliter, quam vera plethora turgefacit; levi caloris augmento l. a paſtu inſigniter tumentes in manibus venæ, faciei auctus rubor, ſenſusque determinati ad caput ſanguinis, de mole ſanguinis plethorica perſuadent toties, ut Medicorum etiam adſenſum mereantur; dum nonniſi rarefacti humoris a caloris augmento, l. ejus ab impedito in abdomine per extenſionem liberrimo circulo ad vaſa exteriora determinati effectus eſt.

a ſanguine rareſcibili

XXXIX. Dantur homines tenerioris præſertim ac delicatæ fibræ ſolidæ conſtitutionis, quorum ſanguis tam rareſcibilis, ab aëris focique aucto calore, cibis, potibus, animi

z) BONETUS ſep. T. I. p. 446. 449. a) v. SWIETEN T. IV. p. 258.
b) MONRO de hydrop. p. 65. c) GAUBIUS l. c. §. 390.

animi pathemate, quovis motu eſt, ut dicta phoenomena concitet; preſſionis atmoſphæræ vim variatam Barometri inſtar ſentiunt; dum tenera ſolida facile aucto humorum volumini cedunt, ſanguinemque in minima alienaque vaſa admittunt: Quæ fæmellarum teneriorum communis conditio eſt.

XL. Naſcitur hæc ſanguinis rareſcibilitas peculiari ejus diſcraſia, quæ acri tenui, per ſanguinem dominante, ejusque quadam diſſolutione fovetur, qua in naturalem ſpecificamque denſitatem, quæ robuſtioribus viribus convenit, haud compingitur tenella corporis fabrica, eamque teneram, ſenſiliorem, ac irritabiliorem ſuſtentat, dum gelatina nutritia acriori, haud ſolida ſatis ſcatet. Liquatæ pinguedinis, quam calor valde expandit, copiam in ſanguine receptam accuſat Gaubius d) aut oleoſum quodcunque prædominans magisque exaltatum; quod magis inflammabile, ad eosdem caloris gradus magis rareſcit. ab acri ſolvente

XLI. Quodque acrimoniæ genus non tam nativa complurium diatheſi, cum delicato tenerioreque fibræ ſolidæ habitu conjuncta, quam lauto mollique diætæ genere, potibus ſpirituoſis pleniſque varii tituli poculis, queis quisque *Baſſum Thracia vincat amyſtide;* ex victu nimis animali, quem potiſſimum varia aromatum, gelatinarum e carnibus elicitarum pinguiumque compoſitione, ars coquinaria, pinguiore toties, quam literatorum roſtro ſuſtentata, adponit, tandem adquiritur, vitiisque tum ſolidorum, inde magis tenereſcentium flagrat, tum liquidorum ab oleoſo aromatico, difficillime e ſanguine eluendo. cauſæ

XLII. Similia quidem ejus, ac veræ plethoræ phænomena ſignaque ſæpe ab habitu cutis illo roſeo plenoque ſigna

nitore,

d) Gaubius l. c.

nitore adparent; nisi quod accedentibus causis externis potissimum internisve supradictis, phlogoses eas exhibeant; queis sanguis magis attritus tenuiorque in vasis cutis pluribus amplioribus sublimioribus ruborem vividiorem, aut magis conspicuum refert; additque eam pulsuum conditionem de SAUVAGES e), qua magis impetuntur & tenduntur vasa, eosque adeo frequentiores duriores que efficiunt; dum plethora vera velut quiescens obstaculum circulationi oppositum considerandum est.

PLETHORA ad vires

XLIII. *Plethora alia ad vires est*, quam veteres nuncuparunt, sed spuria pariter frequentiorque; nimirum ea sanguinis abundantia, cui ferendæ regendæque vires naturæ haud sufficiunt f), hinc onere gravantur opprimunturque: debilibus exiguum hoc sanguinis superpondium esse potest, quod facile tolerat robustior, superatisque vasorum debiliorum viribus molestum est, & congestione, eruptione varios vasorum morbos, similesque veræ plethoræ effectus inducit: Naturis irritabilibus, quibus propria plerumque debilitas, levis humorum excessus pro eo stimulo est, quo in motus inordinatos agantur: Probe ventriculi comparatione utitur Fr. HOFFMANNUS g), qui robustus ciborum magnam copiam commode perfert, riteque concoquit; dum debilis minore quantitate læditur.

signa

XLIV. His l. macilentus l. si plenior, mollis pastaceusque corporis habitus, facies plerumque pallida, nonnisi a levi etiam animi corporisque agitatione, florida & rubicunda, pulsus debilis facile accelerandus. Respiratio libera in quiete, levi animi corporisque agitatione anhelosa, impatientia frigoris calorisque, in animi pathe-

mata

e) DE SAUVAGES l. c. p. 107. f) GAUBIUS l. c. §. 391.
g) FR. HOFFMANNUS med. rat. T. II. p. 432.

mata proclivitas, venæ extremitatum facile tumentes h), levitas mox animi corporisque, mox languor ſtuporque perinde ac alvus varia, mox ſicca mox liquida.

XLV. Naſcitur vero cauſis queiscunque, unde vaſorum vires dejiciuntur, uti vera ipſa ſanguinis copia, vaſa nimis diſtendente, demumque debilitante, uti eandem in comparatione ventriculi adſignat Fr. Hoffmannus l. c. cujus vires continuata ingeſtorum moles demum dejicit; ſed vaſorum hæc debilitas uti vires habitumque univerſi corporis fibræque ſolidæ, ac maxime ſyſtematis nervoſi ſequitur; ita omnes huc ſpectant, qui debilitate generis nervoſi laborant; licet interim digeſtio ciborum, proba ſatis vigeat chylopœſis; uti eos huc refert Ludwigius i); itemque naturas huc valde ſenſiles ac irritabiles Gaubius k) accenſet. cauſæ

XLVI. Spectant huc cauſæ omnes, eam debilitatem inferentes, adfectus animi diuturni, venus præmatura nimiaque, ſanguinis crebræ jacturæ per hæmorrhoides crebras, alias nimias ſanguinis excretiones, ipſamque crebram venæſectionem l); ea enim ſanguinis diſpendia, ſi robuſtos plethoricosque exceperis, vaſorum actionem viresque arterioſas imminuunt, ſolida laxa debiliaque efficiunt, craſin ſanguinis deſtruunt m): Adeo ea demum conſuetudine fit, ut ſenſibiliore magis corpore, quævis reparati ſanguinis moles oneri ſtimuloque ſit, aliter haud gravatura. Hi certe ſunt, quibus bonis equidem viſceribus, facilis ea ſanguinis regeneratio eſt, ſed & per copioſas continuo hæmorrhagias, ac crebro redeuntes, effu-

ſio

h) Ludwig l. c. p. 1190. i) Ludwig pathol. §. 10. 55. k) Gaucius l. c. l) Gaubius l. c. Haller l. c. T. II. p. 142. m) Ludwig l. c. §. 1047. n) Gaubius l. c.

ſio per narium hæmorrhagias, hæmorrhoides, catamenia irregularia, uti crebra obſervatione conſtat o).

effectus. XLVII. Miſerandus toties illorum hic ſtatus eſt, qui inter literas ſevera continuaque meditatione verſantur; qui voluptatibus, veneri litant, lepores quosvis adfectant pulchelli homines, & de fæmineæ teneritudinis gratiis ſibi gratulantur, venuſtatis heroes, aliena quævis ſcenicaque potius, quam antiquum germani ſanguinis robur adfectantes. Qui redeuntibus facile hæmorrhagiis, virilibusque illis jamjam hæmorrhoidibus, athletas ſe credunt, & repetitis multoties per annum V. S^bus ſibi conſulunt, conſiliis etiam Medicorum adſentientibus, ſi illæ præſertim hæmoptoicæ fuerint: Sed id agitur ſimul, ut ſolida fibra tenereſcat magis, peculiari debilitatis genere adficiatur, ſanguinis craſis pervertatur, ſpecifica denſitas, cujus tantum in integra ſanitate & athletico robore momentum eſt, deficiat; diſſolutio ubivis uti animi, ita corporis ſanguinisque ſenſim inducitur; acre, deficiente naturali coctionum opera, haud ſubactum, evolvitur; ſpirituoſum, quod ubivis ſpirare ſibi videntur, acri velut aromate conditum, dum in minimis vaſis nervoſisque ſlaminibus dominatur, labem ſanitatis variam infert, probas gelatinæ nutritiæ dotes pervertit; nutritio ſenſim deficit, emaciatur delicata pulchellaque corporis moles, ſanguis citatiori circulo movetur ac febrem repræſentat: Quæ, etiam quacunque cauſa occaſionali orta, cum ſtimuli cujusvis impatientiſſimæ hæ naturæ ſint, cumque ab imbecillitate coctio quævis criſesque imperfectæ eſſe ſoleant, 1. in viſcera nobiliora acris evoluti metaſtaſin vario morborum, maxime lento-

o) Unzer Wochenſch. der Arz. P. XI. p. 386.

lentorum hecticorumque eventu molitur, l. in cutanei exanthematis, ſæpe ulceroſi genera, l. tabidum corporis ſtatum; quem aut hepatis aliquando pulmonumque marcor, aut nulla ſæpe viſceris notabilis læſio comitatur, l. & in mortem ſæpe inexſpectatam terminatur; quæ exercitato etiam medico toties probro vertitur, licet diuturna propriorum errorum continuatione naturæ vim dejecerit, ut ſerius etiam præter exſpectationem gangrænæ abdominalis phœnomena triſtem fati nuntium referant: Sed & illo tempore, rerumque ſtatu plethoræ hujus ſpuriæ ſigna ex orgaſmo excitantur toties ſæpeque narium hæmorrhagiæ, l. hæmoptoicæ, teneriore ſenſim magis vaſorum textura; quam levis quidam ſanguinis nixus diſſolvit; ut ingenti cum detrimento ad V. S^es confugiant p): Febris inde nervoſa, lenta phthiſica l. cachectica, œdemata pedum, etiam ſæpe facile in aſcitem & anaſarcam terminanda.

XLVIII. Alii alia plethoræ ſpuriæ genera addunt, quorum notatu digna momenta ſunt: Ita *Plethoram obeſam* memorat LUDWIGIUS q), quando fluidorum plenitudo reſpectu vaſorum, quibus continetur, exundans, ſe exerit in ſyſtemate vaſorum ſeroſo lymphaticorum, cellularum & glandularum conglobatarum: Seroſo lymphaticam ſ. oleoſam adpellat r); ubi ſucci nutritii e bono ſanguine ſecreti, cum ſolidis adponi prorſus non poſſint, in cava cellulasque reponuntur, easque diſtendunt. PLETHORA obeſa

XLIX. Probus hic corporis ſtatus ſuisque viribus inſtructus, toties Athletarum forma blanditur; humorum ſigna

copiam

p) LUDWIG de pleth. diff. §. 18. q) LUDWIG pathol. §. 937.
r) LUDWIG de pleth. diff. §. 15.

copiam per alimenta potulentaque bonæ notæ colligit, recte digerit, & ſub egregii chyli forma ad ſanguinem mittit; ſed in ejus elaboratione vim validam ſyſtematis circulatorii non adplicant s), neque illum in ſpecificam, quæ ſanguinis eſt, denſitatem chyli principia compingit condenſatque; ſed poſtquam ſuperfluos, aqueos, & acres ſæpe humores per varia colatoria corporis blande dimiſerit, nutritii ſucci partem fibris ſolidis inſerit, & vigorem elaſticum reparat ſuſtentatque; major tamen nutrimenti elaborati pars in minora vaſa cellulasque effunditur, hæcque cava ſenſim paulatimque in majorem corporis molem diſtendit.

L. Onere itaque ſed grato, neque adeo moleſto, in quo ſibi potius quisque placet, corpus adgravatur; quod ob mobilitatem humorum ſuperſtitem bene valere videtur, exercitatione ſæpius reficitur; attamen deſidia ſenſim magis accedente placenteque, nimia humorum copia moleſtior redditur.

cauſæ LI. Hæ a lautiori victu ſuppetiæ ſunt, quibus vitæ tranquillitas, otium, ſomnique dulcedo favet; neque exundant in eam molem, dum vita ſatis exercitata, ætate juvenili, juſtum ſolidorum fluidorumque æquilibrium obtinet.

LII. Singularis iis haud ſemper definienda cauſa ſubeſt, peculiaris corporis conſtitutio fibræque ſolidæ habitus; quo vires chylopeæ ad probum ex alimentis parandum chylum probumque nutritium humorem elaborandum, neque tamen ad denſandum ſatis compingendumque, neque ad ſuperflua eliminanda vires ſyſtematis circu-

s) Ludwig l. c.

circulatorii viſcerumque ſufficiunt; ſubito fere per ſecundas vias in minora vaſa cellulasque tranſitus concedi videtur.

LIII. Arteriarum ſanguinearum, quarum in parandum probum ſanguinem craſinque ſuſtentandam ſumma vis & actio eſt, laxitas ſubeſſe videtur; adeo ut cauſæ relaxantes obeſitati faveant potiſſimum; ſomnus, cujus argumenta colligit Hallerus t) minor irritabilitas motusque u), uti obeſos magis incurios ſegnesque novimus; ipſaque V. S. crebra obeſitati favere viſa Anglorum experimentis: Adeo obeſitatem corpus debile requirere, probe Ludwigius adnotat w). Iisdemque rationibus periculoſam omnino celerem obeſitatem obſervant x); dum econtra vita exercitata, qua robur corporis ſuſtinetur, meditationes ipſæ profundæ ex Galeni conſilio obeſitatem tollunt.

LIV. Singulari illa quorundam corporis ad obeſitatem diſpoſitione, vitium, l. peculiaris ratio venarum reſorbentium fortaſſis ſubeſt y); quæ minus reſorbent effuſa in telas celluloſas liquida, inque circulum reducunt: Certe vaſa ſanguifera in obeſis ſemper anguſtiora magisque arctata novimus.

LV. Hos itaque plethoricos obeſos adpellamus, quod haud veri quidem rubicundique ſanguinis, ſed tenuiorum, proborum quidem, quibus ſingulis ſua definita denſitas eſt, liquidorum copiam inſignem colligunt, corporisque molem inprimis ſub habitu cutis, illisque locis, ubi facile cedit, ultra modum ſæpe augent z): Obeſitatis itaque

 idea

t) Haller elem. T. I. p. 39. 50. u) Haller l. c. p. 40. pingues minus irritabiles adnotat Bilquer von der Hypochondr. absque ſingulari ſenſu gravius vulnerari Schmucker. chir. w) Ludwig adverſ. vol. III. p. 251. x) Roederer de morb. mucoſ. p. 182. y) Londn. Bemerk. P. III. obſ. 9. z) Ludwig l. c. §. VII.

idea longius extenditur, nec tantum in sola pinguedinis collectione consistit, sed veræ evchymiæ, ultra modum auctæ, originem debet.

effectus

LVI. Eadem his fere, ac veræ plethoræ phœnomena sunt: Onus corporis, gravitatis sensus, spiritus ad motum corporis anhelus, rubedo aucta, venarum tumor, aliaque phoenomena beati quidem corporis, sed necdum sanctificati: Hique præcipui sunt, qui crebra per annum sanguinis missione sibi consulunt; sed solatii plerumque parum sentiunt, nisi sobrio riteque exercitato vitæ genere exundantes eas naturæ suppetias ac cornucopias diminuerint; dum V. S^e breve non tam ejus gravitatis levamen, sed dein potius ab imminuto sanguinis vasorumque robore, ac specifica densitate, major exundantis gelatinosi oleosique copia, minorque adsimilatio inducitur, variisque casibus adparet, quam difficulter parvas sæpe sanguinis jacturas obesi ferant, quas innoxias macilentus facile tulerit absque deliquiis illis nervosisque ataxiis.

dubia plethoræ veræ signa ab habitu corporis

LVII. Adeo dubium omnino plethoræ veræ a pleniori corporis habitu signum est a); eoquod vasa sanguifera, adipi immersa, certam crassitiem s. volumen præ ambientium partium compressione adsequi minime valeant; quod & communi observatione constat. Accedit & illa Fr. Hoffmanni observatio, quæ supra dictis de corde observatis Hallerianis respondet; qua, dum cum vasis corporis cor æqualem semper proportionem habet, cum magnis & amplioribus vasis cordis magni & cum parvis exilibus ejus parvi argumentum est b); cujus vim pro copia sanguinis paranda in vario animalium genere supra diximus.

a) Lieutaud l. c. p. 48. — b) Fr. Hoffmann l. c. p. 432.

LVIII.

LVIII. Adparetque, quam male cutis colori florido in dijudicanda plethora fidendum sit; qui nonnunquam a peculiari l. insolita corporis cutisque constitutione potius, quam a sanguinis exundantia provenire videtur; uti genarum illum ruborem nitoremque perpessas in infantia crustas lacteas significare, STRACKII notam, communis observatio confirmat; l. & acrioris dissolutique sanguinis, qui in vasa minora cutanea facilius exundat, l. impediti alicubi circuli obstructorumque viscerum effectu fit, ut in alia liberioraque vasa determinetur; depravatam potius indolem colligit LUDWIGIUS c), ex rubore genarum, qui inprimis post pastum l. leniores corporis & animi agitationes accedit, quando alio tempore facies flavescens, cacochymica, inprimis circa oculos adparet: inde in phthisicis toties obtinet floridus genarum rubor, adnotante SWIETENIO d) & communi experientia; phlogoses, calorem volarum sanguinis acris, serosi, colliquativi indicium statusque hectici signa habet MORTONUS e). a colore

LIX. Bonus vero hic habitus corporis, qui eum plethoræ seroso lymphaticæ s. obesæ statum sistit, sanguine quidem bene mixto, nutritiis & gelatinosis particulis abundante consistens, suos effectus habet, neque durationem constantiorem, a fugaci plane materie in id voluminis, non vero materiæ consistentis augmentum congesta, uti obesos leviores observat SCHWENCKE f). plethoræ obesæ effectus

LX. Nimia bonorum etiam humorum collectio functiones demum lædit, morborumque genesin accelerat: Recte Fr. HOFFMANNUS g) ea corpora magis patere morbis

c) LUDWIG inst. clin. §. 256.
d) v. SWIETEN l. c. T. III. p. 645.
e) MORTONUS phthisiol. p. 30.
f) SCHWENCKE hæmatolog. p. 127.
g) Fr. HOFFMANN l. c. p. 433.

bis adnotat, qui a tardiore ſanguinis progreſſu proveniunt, quæ imbecilliora ſunt, quæ habitus ſunt laxi, turgidi, & ſpongioſi, it. quæ obeſa repletaque, quam quæ vaſa ampliora habent, corporisque gracilioris & ſtrictioris ſunt, ob expeditiorem ſanguinis circulum in vaſis capacioribus, quam in anguſtioribus, & ubi fibræ ſunt tenſæ & renitentes, quam ſolutæ laxæque: Viſcido favet demum ac pituitoſo languida circulatio, præſertim excretionibus haud rite demum ſpontaneo virium lapſu, per ætatem aut morbos antegreſſos inducto, ſuccedentibus, perſpiratione, ſudore, urinaque parca ſæpe cum ſedimento albo l. furfuraceo: Pulmones infarctui pituitoſo a facili in vaſis minimis ſtaſi concepta, obnoxii; febres in his magis anomalæ, & ſi acuti generis, raro criſium perfectiorum capaces, atque in putridas malignasque faciles; ſaltemque ſi emergunt, relinquitur diu imbecillitas, atque œdemata, aliæque hydropis ſpecies ſæpe morbum acutum excipiunt a majori ſolidæ fibræ relaxatione, ſanguineque magis reſoluto.

LXI. Sed & extra hos febrium caſus fibræ demum elatere ſenſim magis deſtituuntur, relaxantur copioſa alluente adipe, atque uti ea nimis aucta, evaneſcere fibræ muſculares viſæ ſunt h), ita minori gradu eos ſaltem relaxationis effectus habent; deſidia elanqueſcunt, cellulæ flacceſcunt, invaleſcit ſenſim cacochymia facilisque cachexia, ſi languentibus demum viribus, adpetitus deficiat, ipſorumque organorum digeſtionis debilitas proborum humorum penu ſenſim deſtituit: Eo languore ſenſim pedum œdemata, ſæpe anaſarca; corporis cava effuſo ſero, ſæpe corrupto putridoque turgent; dum imbecilli-

tas

h) Albin. hiſt. muſc. p. 9. 18. Haller l. c. T. 1. p. 51.

ſtas eorum corporum, primo naturalis, demum aucta, vaſa vigore deſtituit, celluloſaque per ætatem l. morbos prægreſſos, magis flaccida, dum vacua manere nequit, ſeri ſolutorumque humorum receptaculum fit.

LXII. Alter ille plethoræ obeſæ effectus eſt; dum oleoſum in cellulis contentum, per motus, febres, aliasque cauſas ſolutum, venis reſorbentibus copioſius hauritur in maſſam humorum circulantium, quod perinde, ac cito ex obſervatis ſecernitur, cito omnino reſorbetur diſſipaturque i); unde tanta in febribus, tamque ſubita ſæpe emaciatio; ſed oleoſi quanta immeabilitas in vaſis minimis, cum peſſimarum inflammationum k) ſæpe ſubitæ putredinis l) metu; quanta acrimonia in rancido, unde peſſima pertinaciſſimaque ulcera, adfectusque cutanei emergunt, quorum ſedes potiſſimum vitiis adipis alitur; quantæ inde in viſceribus noxæ ac pericula: Hepatis noxas potiſſimum metuit SWIETENIUS m) ab omento, potiſſima hujus olei abdominalis ſede; unde directæ in hepar viæ ducunt.

LXIII. *Plethoram lacteam* addidere Recentiores, inter Gallos imprimis, terroribusque Germanos etiam, timoribusque complevere; ut a puerperio in novæ hujus ſecretionis excretionisque genere animum, ut recte quidem decet, curasque omni nervo intendant, ſed & pleroſque morbos, puerperis a partu l. ſerius etiam accidentes, integro poſt partum anno n) eo e fonte derivent, aut derivandos cupiant. PLETHORA lactea

LXIV.

i) HALLER l. c. T. I. p. 39. k) v. SWIETEN T. II. p. 311.
l) v. SWIETEN T. III. p. 337. m) v. SWIETEN T. III. p. 85.
n) Ex LEVRETO SWIETEN. T. IV. p. 610.

causæ LXIV. Naſcitur a partu uberiore lactis ſecretione in mammis peculiari Naturæ inſtituto, dum contracto ſenſim magis uteri volumine, vaſis in priores diametros redeuntibus, in organum ſecretorium analogum liquidi copia determinatur; materiæque nutritiæ penu alendo fœtui, iisdem liquidi materni dotibus, queis in utero increvit hactenus, ſuppeditatur; ſed & ſufficiente per ſuctionem infantis excretione nil mali periculique habet: Verum negata ea, aut variis cauſis prohibita, retentum congeſtumque lac non tam varios mammarum adfectus, quam reſorptum patentibus iis vaſorum viis, ac liquidorum circulantium maſſæ mixtum, peculiarem plenitudinis ſtatum inducit ominoſum periculoque plenum, maxime a debilitatis puerperæ viribus, vaſorumque ſyſtemate magis relaxato.

effectus LXV. Amplior fere iis e cauſis morborum deſcribitur catalogus, quem a quovis plethoræ genere: Lac hoc reſorptum, aut quod etiam in mammis necdum ſecretum fuerit, maſſæ ſanguinis mixtum, tanquam corpus peregrinum inimicumque conſiderat Tissot o), quod cum ſanguine haud æquabiliter miſcibile, ſtimulos plus minus validos, velut ab acri, vaſis injecta materie, inferret; unde febres imprimis variæ, plus minus acutæ violentæque emergerent, neque niſi facta ejus materiæ ſufficiente excretione, quieturæ; quæ per varia colatoria organa, alvum, urinas, ſudores, ipſamque uterinam excretionem fit.

excretionis prohibitæ effectus LXVI. Verum hac criſi excretoria aut non ſufficiente, aut variis e cauſis prohibita, quanta malorum cohors! Febrem acutam ſæpe lethalem, aut chronicam lentamque

o) Tissot von Krankh. der Vornehmen und Reichen §. 53.

que cum tussicula, cutis peculiari marcore describit Tissot p); febres intermittentes malignas, gangrænam, paralysin Puzos q), morbos cutaneos varios, furunculos, paronychias, scabiem, sudores chronicos r) diarrhæas, fluorem album, sterilitatem ex atonia uteri memorat s); febrem inflammatoriam uteri viscerumque abdominalium, cum membranulis omnia viscera obducentibus, seri lactis magnam copiam in cavum abdominale effusam describit Faucken t); pleuritides cum deliquiis, cordis palpitatione, motibus convulsivis Desessart u), purpuram ipsam, toties puerperis lethalem w) erysipelas, aliquando funestum, adfectus Athriticos, paralyticos, debilitates chronicas, anorexiam, status hectici phœnomena, pathemata hysterica, vitæ deinceps calamitosæ varias miserias, eo ex lactis suppressi fonte, sanguinisque inde reliquorumque humorum inducta corruptela, flagrantibus viscerum ruinis addit.

LXVII. Famosæ huc illæ lactis metastases pertinent, queis in partes varias externas internasque, varia viscera, cum vario morborum plus minus lethalium, acutorum, acutissimorum, chronicorum eventu liquor ille decumbit: Ad regionem inquinalem & extremitates inferiores potissimum ejus liquidi nisum ex dolore tumoreque earum partium colligit Buzos x) testaturque Swieten y). Abcessus lacteos ad spinam lumborum coxasque crebrius formari arbi-

metastases lactis

p) Tissot l. c. p. 77. q) Comm. de reb. in sc. nat. dec. l. suppl. p. 501. r) Tissot l. c. p. 80. s) Tissot l. c. p. 48. 73. 78. t) Faucken vom Faulfieber. p. 64. u) Desessart von Erziehung der Kinder. p. 186. w) Puzos comm. cit. p. 504. x) Comm. cit. p. 505. y) v. Swieten l. c. p. 611.

arbitratur LUDWIGIUS z) ob debilitatem harum partium a tenſione ligamentorum, muſculorum, nervorumque ad ſpinam dorſi lumbarem & conjunctas cum oſſe ſacro coxas, per validos in partu niſus relictam: Eam in veſicam urinariam lactis metaſtaſin cum incontinentia urinæ relicta credit HAZON a); in abdomen pedemque factum memorat HENCKELIUS b), ut etiam paracentheſis in abdomine ad evacuandum liquidum lacteum ſalubriter adplicata fuerit c); luxationem femoris inde inductam, it. in abdomine cum cita morte, ubi peritoneum totusque inteſtinorum tractus materia albida, flocculenta, cremori lactis ſimili ad 3 l. 4 libras obducta viſa, refert VAN DER HAAN d); imo morbum puerperarum, præſertim pauperum, quæ in Noſocomio peperiſſent, epidemicum, Pariſiis anno 1746 act. A. R. ſc. referunt cum ſimilibus in cadaveribus mutationibus, coagulis externæ inteſtinorum ſuperficiei adhærentibus, ſeroque lactis in abdomen effuſo: Factam in cerebrum hanc metaſtaſin chronica amentiæ aut maniæ mala inducere, refert PUZOS e) aliique f). Morbos alios cito funeſtos pulmones exhibent, in quorum veſiculas transpoſitio illa lactis facta fuerit, uti obſervationem refert GARDANE g), ubi ſectione cadaveris in veſiculis pulmonalibus verum lac inventum fuerit: Morbum inde lentum hecticumque cum ſputis lacteis diuturnis refert BALDINGER h).

LXVIII.

z) LUDWIG adverſ. T. I. p. 728. a) Neue Samml. auserleſener Wahrnehm. Vol. V. art. 53. b) HENCKEL neue Wahrnehm. P. I. p. 122. c) Comm. cit. Vol. XX. p. 70. It. MURRAY pr. bibl. Vol. II. p. 333. d) Ex act. Harlem. comm. de reb. in ſc. nat. Vol. XVII. p. 128. 130. e) Comm. cit. dec. l. ſuppl. p. 502. f) JAEGER de metaſt. lact. diſſ. Tubing. 1770 obſervationes LEVRETI, CHOMELII adducit SWIETEN T. IV. p. 610. 611. g) Conf. MURRAY bibl. l. c. p. 33. h) Program. de morb. ex metaſtaſi lactis.

LXVIII. Sed undenam, quæso, tantæ noxæ, tantaque in liquido malignitas? quod mitissimis, gelatinosis, omnibusque, quæ ad dotes nutritias pertinent, principiis in alendi fœtus suppetias Natura suppeditat, atque a chylo, qui universam nutritionis C. H. & conservationis materiem continet, largo organorum secretoriorum adparatu proxime deducit, cujus magnam cum sanguine convenientiam GAUBIUS probat i); ut minime adeo pro corpore peregrino inimicoque haberi oporteat, cui Natura maxime perpetuo cum sanguine circulo non tam adsueverit, quam eo ad sustentandas fabricæ vires indigeat; minimeque intolerabiles eos stimulos alat, queis vehementissimæ, malignæ, funestæque febres exardescunt. Dubia a lactis natura

LXIX. An earum, quæ puerperis sæpe lethales accidunt, hæc a lacte origo? unde coagula illa intestinis visceribusque aliis extus inhærentia effinguntur: Nonne indolem eam febrium inflammatoriarum putridarumque crebra docet observatio; qua exsoluta e massa sanguinis gelatinosa parte, viscidum illud phlogisticum producitur, quod quaqua versum sæpe exsudans, coagula, membranas visceribus adhærentes, efformat, quas toties in pleuritidum ac peripnevmoniarum genere pulmonibus, pericardio, cordi aliisque partibus innexas sectionibus cadaverum conspicimus: Annon ea e classe sæpe febres puerperales, maxime in impuro Nosocomii aëre epidemico, quarum similes in intestinorum omentique inflammatione suppurationeque eventus cum membranis illis coagulisque adnotant viri celeberrimi LEAKE, HULME aliique. a febrium puerperalium indole

i) GAUBIUS pathol. §. 345.

a moliminibus ſuppuratoriis

LXX. Molimina ſuppuratoria quacunque e cauſa nata, id potiſſimum agunt, ut puriformis ex diſſoluta gelatina, materies in varias viſcerum metaſtaſes proniſſima ſit; vidi toties abceſſus hecticos ſimilibus cum coagulis ſeroque albicante fluentes; quin a lacte aut chylo originem ſuſpicari licuerit.

a materie omnino aliena

LXXI. Annon fluoris albi fœminarum diſtinctiſſima a lacte materies eſt? quam & lacti adſcribunt.

a naturæ viribus in plenitudine chyli

LXXII. Verum & annon, dum quis a lautioribus epulis vinoque generoſo redit, majorem a chylo plenitudinem alit, quam naturæ vires tamen placide ſubigunt, per colatoria haud difficulter, ſæpeque ſola inſenſibili tranſpiratione eliminant, ut eas etiam copias ſæpius repetitas impune ferant; licet majori oleoſi gelatinoſique copia, quam lac ipſum, ſed & acrimonia ſpirituoſa aromaticaque ſcateat: Quæ quæſo a lacte innocuo turbæ, turbarumque cauſæ? quas nemo facile conceperit.

a facili curatione

LXXIII. Atque quare tumorum ejusmodi, quos a lacte in celluloſos textus depoſito repetunt, tam facilis curatio, uti deſcribunt k), licet per plures durarint hebdomades; cum alias tanti a coagulis lacteis, quiete moraque natis, metus ſint timendique omnino effectus.

ab ipſo Naturæ inſtituto

LXXIV. Annon eam Mammarum fabricam conſtruxit, corporique animali providit Creator, ut vaſa lactifera innumera anaſtomoſi inter ſe invicem non tam, quam vaſis lymphaticis, venisque ſanguiferis inoſculentur, demonſtrante Meckelio l), perpetuumque ſic adfluxum refluxumque in communem humorum circulantium

maſſam

k) v. Swieten T. IV. l. c. l) Meckel. Nov. exp. & obſervat. de finibus ven. & vas lymphatic.

maſſam facilem omnino ſuſtentent, ac naturales plane has vias exhibeant, ut lactando nutrimenti penu ſuggerat alumno, nec tamen proprium defraudet corpus; perpetuam adeo hanc ſecretionem reſorptionemque per complures a lactatione annos, imo aliquando in vetulis adhuc ſuperſtitem m), faciant, inque ipſis viris n), fœtubus o) obſervata, naturæ hoc inſtitutum doceant.

LXXV. Quod tanti momenti viſum eſt Meckelio p), ut novam hanc, e Gallia traductam pathologiam, adeo & aniculis & medicis placidam, plane ridiculam arbitretur. Sed eam mihi, tantis viris contradicendi, partem haud ſumpſerim, ſi quando iis in adfectibus verum lac, neque aliam ea ſub ſpecie fallacem materiem invenerint, quam rariorem tamen obſervationem credo; dum puriformis, in maſſa ſanguinea contenta materies, quam e cruſta phlogiſtica repetit, eamque in gravidis frequentiorem adnotat de Haen q), ea liquidi albicantis forma illudere poſſit: Adparet ſaltem, magnum eo in argumento pathologico abuſum, erroribusque plenum dominari. rejectæ a cl. Meckelio

LXXVI. Aliæ certe ſuperſunt cauſæ, antiquitus etiam cognitæ, queis morbi puerperales flagrant, tum graviditatis tempore, tum a partu traductæ, aut a ſingulari nervorum per conceptionem graviditatemque mutatione, aut viſcerum partiumque abdominalium, grandescente uteri volumine, compreſſione, ſitus mutatione, alterato ſanguinis circulo; aut ab ipſius uteri, vaſorumque in majores ſenſim ſinus, explicatione, queis liquidorum copia, huc determinata ſuſtinetur, ſed & a ſtaſi aliæ cauſæ morb. puerperalium

 vario

m) Hebenstreit anthropol. p. 183. 184. n) Haller elem. T. II. p. 483. Morgagne adv. anat. v. p. 3. o) v. Swieten T. IV. p. 653. p) Meckel l. c. q) De Haen rat. med. P. III. p. 133. P. II. p. 25. 30.

vario corruptelæ genere inficitur; quæ in exanthemata, morbosque cutaneos, deflagrat, aut inducta uteri partiumque vicinarum a partus laboribus debilitate variisque toties hic adplicatis injuriis, cum pessimorum sæpe morborum eventu: Purpuram certe, olim tam ominosam puerperis funestamque toties, rarissimam nostro ævo reddidit tum mutatum, alias familiare, calidum regimen, tum artis obstetriciæ magis evecta dexteritas, cauta magis, minoribusque uteri injuriis agens; quam plethora lactea reddidisset frequentissimam: varia porro lochiorum conditio, hæmorrhagiæ, variis morbis favent; danturque exempla abcessuum, in abdomine tempore graviditatis enatorum, qui aliquo a puerperio tempore demum rupti, mortem subitam inopinatamque intulerint r).

Plethoræ therapia V. S^is^ usus

LXXVII. *Plethoræ Therapiam* ut memoremus, facile quidem communeque inprimis in V. Sectione remedium quæritur, ad quam sacram tanquam anchoram confugiunt, ut eam sæpius per annum statutisque plerumque temporibus celebrent: Quæ vero, licet imminentibus plethorae noxis præcavendis omnino conveniat, effectu tamen minus durabili, ejus facili in quibusdam regenerationi non resistit, manentibus iisdem causis, sanguinis productioni faventibus; atque cum inter ipsas plethoræ causas, si nimis crebra, a plerisque referatur, dum inducta vasis major relaxatio copiæ sanguinis minus attenuandæ dissipandæque, sed locandæ potius servit; adparet, cautelas in ea omnino necessarias esse; ut eo in curationis genere ad imminuendam plethoræ genesin, V. S^es^ nimis familiares consuetasque sensim intermittendas suadeant.

LXXVIII.

r) Nov. act. N. C. T. III. p. 327. Richa op. syd. T. II. p. 420.

LXXVIII. Sed & eo effectu contractæ ſenſim magis confuetudinis, major inducta debilitas, alias demum noxas accerſit, ut in plethoræ ſpuriæ genera, l. aucta a lentiore ſanguinis motu adipe, in plethoram obeſam, l. eam ad vires, quibus minor etiam ſanguinis copia moleſta ſit, variosque infirmæ valetudinis effectus degeneret; quibus accedentibus ſæpe aliis cauſis debilitantibus, variisque morborum injuriis in adfectus cachecticos, potioremque demum ſanguinis probi inopiam incidunt. cautela

LXXIX. Adparet, majores V. Sectionis in quovis plethoræ ſpuriæ genere cautelas eſſe, quæ dejectas jamjam vaſorum vires, ſanguinem debiliorem fovet, quas in noxas V. Sectio crebrior conſpirat; id quod plerorumque cel. Practicorum monitum eſt.

LXXX. Anceps vero omnino veræ plethoræ medela eſt, dum a moleſtiore diætæ genere petenda eſt, evitandisque iis cauſis, quas plethoræ faventes ſupra diximus: Abſtinentia nim. tenuis parvusque, minus nutriens cibus e victu præprimis vegetabili, fructibus horæis potius, quam cerealibus farinaceisque petitus; potus tenuis, aquoſus, pauco tamen vino roborante interpoſito, ſomnus brevis, multa corporis animique exercitatio, regiminis calidi cujusvis evitatio, optima in hoc medendi genere remedia exiſtunt; a quibus vero ii potiſſimum alieni, qui plethoræ cauſas aut congenitas aut acquiſitas habent: ſine quibus a diæta petitis ſubſidiis, nec a V. Sectione nec quovis remediorum genere curatio exſpectari poteſt. medela potiſſimum diætetica

LXXXI. Summa vero huc cautela pertinet, ne ea diætæ mutatio, tranſitusque a lauto in tenuem victum ſubito fiat; quo debilitate accita, dejectisque coctionis & ejus cautelæ

adſi-

adſimilationis viribus, probi chyli dotes pervertantur, aquoſi tenuisque liquidi copia collecta cachecticos adfectus pariat; dum ſufficientem quidem ex parco alimento, ſed probæ notæ chylum, haud vero nimium a viſcerum chylopæorum viribus ſuppeditari oportet.

Jejunii cautelæ

LXXXII. Jejunia diutius tolerata, pares cautelas habent; dum moderata, quæ victu parciore vegetabili cum aqua ſimplici conſiſtunt, utilia omnino; niſi victui jurulento animalique nonniſi viſcidus ex piſcium glutinoſorum genere, & farinaceis, præſertim non fermentatis ſubſtituatur; quo boni demum ſanguinis loco glutinoſum ſpontaneum primis viis invaleſcit, & in ſecundas exundans, niſi crebra corporis exercitatione dejiciatur, cacochymiam inferunt, in quam obeſi inprimis & debiliores plethorici proclives ſunt s). Molliuſculi e carne cibi, victusque jurulentus præcipuas noxas habent, dum duriores ſub virium digerentium bonitate, ſaliti ſæpe ac fumigati, probum omnino alimentum, ſufficiensque, haud nimias illas nutritiæ gelatinæ copias ſuggerunt.

catharſis

LXXXIII. Alia huc remedia referuntur crebra e ſalinorum potiſſimum genere cathartica, ⊖ ſedl., ▽ ſedl., crem. 🜿ri, rhabarbarina, ſennata, aloetica cum ſalibus adjunctis; quæ evacuando ſubducendoque liquidi copias ſuccurrant; quæque obeſi quidem interdum, ea ſæpe vehementiora draſticaque facilius ferunt: Quorum eadem cautela, ne debilitate inteſtinali alia gravioraque mala inducantur.

s) Ludwig inſt. therap. §. 1. 416.

COROLLARIA.

I.

Hydrophobia essentiale rabiei tum caninæ, tum a contagio, homini aliisve animalibus illato, symptoma est.

II. *Canibus, caninoque generi, ut lupis, post hos felibus proprium indigenisque e causis nasci morbum, observationes testantur.* (MORGAGNE, BUCHAN.)

III. *In Publici metus terrorisque solatium signa veræ rabiei indagare accuratius oportet.*

IV. *Varii ejus rabiei gradus notantur. Primo alacer antea canis, præter morem rationempue tristis, morosus, cibos nauseat, oculos peculiari quodam modo mutatos, inflammationis incipientis notas exhibet, solitudinem quærit, currendo inquietus & somnolentus, ignotos latratus mutato sono rauco magis ac fusco* (BRUCE) *irruit, soli adhuc auscultat hero suo. Quo in gradu eas a morsu noxas haud habet, quamdiu herum adhuc adgnoscit, allicique se quodammodo patitur* (BROOKES); *quique casus potissimum fallaces tot remediorum, quæ efficacissima prædicantur, laudes reddidisse videntur.*

V. *Ulteriori gradu citra rationem discurrunt inquietissimi cauda demissa, oculis inflammatis, lacrymosis, pulverulentis, lingua exerta plumbei coloris, spumosa, collo tumido, anheli, siticulosi, neque tamen bibentes, familiarissimos haud agnoscunt, ut eos primum invadant; obvios quosvis tum homines, tum feras, familiares æque ac ignotos sine latratu mordent; morsusque, quo propius morti animal, eo nocentiores lethalioresque inferunt.* (BOERHAAVE.)

VI. *Canes sani sensuum acumine rabidum observant & fugiunt cum ejulatu.* (KALTSCHMITT. TISSOT. SWIETEN &c.).

 Fru-

Frustum carnis, vulneri morsu illato adplicatum, I. occisi canis rabidi sanguine, aut spuma potissimum, aut solo ad dentes, gingivas, fauces adfrictu (act. Ac. R. sc. anno 1723) *tinctum imbutumque, si respuitur ab alio cane oblatum, certam primi canis rabiem indicat. Item carnem ab ægroto masticatam, maxime domino suo respuit.* (KALTSCHMITT, LOESEKE, LOMMIUS). *Imo, hominem a cane demorsum & post rabie correptum accessu suo ita terruisse canes, ut subito cum clamore aufugerent, adnotat* JAMES.

VII. *In vera hydrophobia in solis Mercurialibus spes curationis, atque observationes extant copiosiores fideli oresque.*

VIII. *Extra canis rabidi morsus, aliæ hydrophobiæ causæ sunt ab ira summa, propriique digiti morsu iracundo* (SWIETEN, BRUCE) *a morsu animalis, solum irati* (GAUBIUS). *Solo in caput lapsu absque morsu; sola contusione capitis; a tolerato nimio æstu sub itinere pedibus facto* (apud VANDERMONDE) *a febre acuta* (SWIETEN. N. act. N. C.) *solo morsu feminæ, febre acuta laborantis delirantisque* (JAMES) *a febre maligua* (SARCONE); *Epilepsia* (TISSOT) *Rachitide* (BUCHNER) *colica Pictonum* (TRONCHIN) *aliorum variorumque morborum symptoma* (CARTHEUSERUS).

IX. *Vires vitales non a solo actionum vitalium, quas vocant, modo, respirationis nim. actionis arteriosæ cordisque æstimandæ, sed a certis potissimum nervosi generis conditionibus, queis aut facile suppressi motus vitales revocantur, uti in suffocatis, deliquiis &c. aut vigentes supprimuntur, in gravioribus animi adfectibus, febribus malignis sæpe; inde mors sæpe inter reliqua signa symptomataque haud omnino mala; inde in cadaveribus nullæ aliquando mutationes, aut causæ ad mortem sufficientes conspiciuntur.*

G. MATTH. GATTENHOF

PHIL. ET MED. DOCTOR,

THERAP. SPEC. MAT. MED. ET BOTAN. PROF. PUBL. ORD.

ORDINIS MEDICI H. T. DECANUS

AD

DEFENSIONIS INAUGURALIS ET PROMOTIONIS

A C T U M

QUO

DOCTISSIMUS LAUREÆ MEDICÆ CANDIDATUS

JOSEPHUS CHRISTIANUS SCHNORR

PALATINO - BRETTENSIS

HEIDELBERGÆ DIE 25. AUGUSTI A. D. 1779 H. C.

IN AULA ACADEMICA NOVI WILHELMIANI

DOCTORALIBUS INSIGNIIS

CONDECORABITUR

INVITAT ET EXHIBET

ANNUM MEDICUM HEIDELBERGENSEM

1 7 7 8.

ANNUS MEDICUS
HEIDELBERGENSIS
1778.

JANUAR. Hyems temperata hactenus, nullo ſingulari frigoris gradu horrida. Nives in initio copioſæ, liqueſcentes circa medium menſis, ſuccedentibus pluviis, omnia nivoſa tegmina, glaciemque Nicarum conſtringentem conſumentibus: Finem menſis frigus iterum glaciale clauſit.

Barometrum altiſſimum 28 poll. P. imum 27. 1. lin. Thermometrum R. altiſſimum $6\frac{1}{2}$ l. imum o. 4.

Cauſa bilioſa in omni fere morborum genere dominari viſa; ut febrem bilioſam mox ſimplicem referret, modo in putridam eveheretur. Acrimonia ſimul rheumatica plures morbos exaſperabat, ut pleuritides bilioſas efformaret. In aliis benignior materies arthritides varias effecit, plerisque periodicas; cui Cort. Bnus, it. levia veſicatoria parti adfectæ adplicata, lenibus Catharcticis antiphlogiſticis interpoſitis, profuere. Simplex etiam absque febre rheumatiſmus cauſam bilioſam fovit, & a catharcticis levamen habuit.

Febres intermittentes noſtro alias aëre montoſo rariores, crebriores incidere: in aliquibus rarius illud phoenomenon horroris periodici absque calore inſequente, nullisque cœterum ſingularibus ſymptomatibus comitantibus: C. Pni efficacia, reliquaque methodus lenis & ſucceſſiva cathartica ubivis ſatisfecit.

FEBRUARIUS. Temperata manſit tempeſtas hyemalis, ut Thermometrum potiſſimum circa frigoris glacialis punctum hæreret, mox aſcendendo ad aliquot lineas, continuam regelationem induceret, tempeſtatem adeo effingeret admodum variabilem.

Barometrum altiſſimum 28. poll. P. cum dimidia lin. imum 27. 1. lin.

Thermometrum altiſſimum 8. imum o. 5.

Cauſa biloſa fere frequentior hoc menſe, ut aliqui ſponte in creberrimos vomitus bilioſos inciderent febre comitante; alii ſolo dolore ventriculi ac preſſio-

preſſionis moleſto ſenſu adficerentur, febre iis quidem, tempeſtiva ſatis a leniori emetico opera, haud accerſita averſaque. Pleuritis aliis, & peripnevmonia biliosa rhevmaticaque: Sanguis V. S. eductus, copioſa cruſta phlogiſtica horridus: emetica data ac repetita, haud difficilem ſanationis eventum intulere.

Inter infantes potiſſimum crebra hæc febris epidemica biliosa, inter vomitus crebros ſpontaneos urgens; plerisque juncta tuſſis ſat gravis; ſed leni cautoque emetico, ſubjunctis rhabarbarinis haud difficulter ceſſit: aliquibus in veram intermittentem quotidianam l. & tertianam verſa, ut inter infantes nunquam viderim frequentiorem febrem intermittentem; nulli funeſtam novi; omnibus fere vermes ſimul excluſi, ſæpe copioſi. Sed & cauſa rhevmatica continuat, varias corporis partes occupans, plerisque noctu inter immanes dolores exacerbata. Univerſalis cum febre continua inflammatoria invadens, plures V. S^{es} exegit, cruſtamque copioſam exhibuit: Infuſum arnicæ efficax vidi; in quibus dolor periodicus, elect. e C. P. profuit cum infuſo arnicæ.

MARTIUS hyemali adhuc inclementia, nubilis pluviisque, ac nive aliquoties copioſa horridus, circa medium menſis cœlum ſerenius veris prima ſpiravit initia; ſequentibus iterum nubilis, pluviis aſperis, ventorumque impetu intercurſante.

Barometrum altiſſimum 28. 1$\frac{1}{2}$. imum 27. 3 Therm. altiſſ. 14. imum o. 1. cum frig. glaciali per paucos dies durante.

Morborum facies eadem. Morborum rheumaticorum arthriticorumque copia ea dominatur, quam prioribus annis haud meminerim me vidiſſe, acrimonia peculiari tenui, biliosa ſimul, conſiſtere viſa; dum & crebro vomitu ſpontaneo, ac diarrhæis, tum iis arte excitatis, levaretur toties ſolvereturque, atque vario etiam exanthemate cutaneo juvaretur. Sed varias partes occupat, mox artus univerſos, modo partes ſingulares, carpum, dentes, dorſum, coxas, modo pectus varia pleuritidis facie cum ſumma ſpirandi difficultate, ſummoque periculi metu; ſed nulli lethalem novi: Dolores pleuritici colicique in artus ſæpe numero converſi: Solutiones per diarrhœas, ſudores, ſputa plerumque ſimul contingentia. Infantum febris verminoſa, l. ſaltem biliosa adhuc dominatur, nulli tamen lethalis.

APRILIS initium valido terræ motu Manhemii percepto, terruit: Cui ſucceſſit ſequentium dierum ſerenitas cum caloris gradu fere æſtivo; qui lætiori maturiorique frugum, arborum vinearumque germini excreſcenti floribusque favit, ut ingentem frugum fructuumque ſpem aleret: Sed inhorruit ſuccedens ventorum ſeptentrionalium inclementia, unde frigus ſenſim auctum die 15to; acceſſere nives copioſæ, ut ſubito veris clementia in hyemales gravesque horrores mutata videretur: Sed & frigus glaciale matutinum die 16. & 17. univerſam ſpem delevit, vinearumque læta germina exuſſit cum ingentibus vinearum hortorumque damnis. Perdurarunt nubila pluviæque frigidæ. Sub

 finem

finem tonitrua, aliis locis a copiosa grandine minacia, quæ & superstites agrorum fruges aliquibus in locis vicinis destruxerunt.

Barom. altiss. 27. 11. imum 4 lin. Therm. altiss. 22. imum 0.

Inter morbos rheumata frequentiora sæpe cum febre conjuncta, sæpe universalia; in pluribus acri scorbutico sustentata, ut maculas simul scorbuticas latas effingeret, dolores aliquibus colici simili causa alebantur. Aliis febris erysipelacea cum tumore faciei emicuit: Omnibus lenia cathartica cum dec. C. P. profuere.

Majus. Veris varia facies mox calore aucto & æstivo placida, quam sequentia tonitrua, pluviæque ventis septentrionalibus spiratæ, frigidæ asperæque turbabant.

Barom. altiss. 28. 1. imum. 27. 4. Therm. 23. imum 9.

Adfectiones verminosæ infantum adhuc adnotatæ, quas convulsiones comitabantur: Vidi puerum per plures dies comitante febre continua ita soporosum, ut nullo modo excitari possit, donec prorepente e faucibus lumbrico ad mentis usum sanitatemque rediret. Plures circa medium mensis febre erysipelacea sat gravi decubuerunt, facie tumidissima, magnis vesicis asperata, desquammatione demum soluta.

Junii initium nubilis pluviisque asperum; cui successit plurium dierum amœna serenitas, gr. caloris R. 20. 24. meridiani notata: Insequens vero die 15to tonitru cum ingentibus imbribus, pluvias frigidas sequentibus diebus intulit; quas denique calida iterum serenaque ut plurimum tempestas, tonitruis aliquoties interpolata, excepit.

Barom. altiss. 28. p. per plures dies, potissimum cum serenitate junctum imum. 27 p. $1\frac{1}{2}$ lin.
Thermomet. altiss. 16. mane 24. a merid. imum. 8. mane 11. a merid.

Morbi, qui genium epidemicum referunt, sensim rariores; nisi quod febris verminosa adhuc aliquibus, it. dolores colici cum doloribus artuum rheumaticis l. juncti, l. & in eos terminati observarentur. Pluribus circa medium mensis id quoque accidit, ut molestus in cute pruritus flagraret, cum exanthematibus pustulosis copiosissimis, e quibus l. scalptu laceratis, l. sponte ruptis ichor copiosus flueret, sanitate cœterum illibata.

Julii cœlum ut plurimum toto mense serenum, æstivo fervore junctum; tonitrua plura, hic loci mitia leviaque, aliis in regionibus, uti novellæ publicæ tulere, horrenda, cum segetum strage, fluminum latis inundationibus, ingentibus damnis, grandinum multitudine pondereque periculosissima. Nicarus primo mensis fere subito, postea & Rhenus exundavere.

Baromet.

Baromet. summum 28. p. imum 27 p. 8. l. Therm. R. summum in umbra mane 18. a merid. in umbra 27. sub sole 36.

Mensis sanissimus, ut minoris copiæ ægrorum per plures annos haud meminerim, quod alii hujates Practici testantur. Aliquos febris biliosa simplex invasit, facile l. spontaneis diarrhæis l. vomitu, aut iis excretionibus, arte excitatis cessit. Aliquos senes eo aëris fervore adfectiones hemiplegicæ occuparunt. Memorabilis subita vicissitudine aëris calidi in frigidiusculum die 20. Jul. diarrhæa in compluribus l. simplex l. cum vomitu spontaneo copiosoque; vix febris adnotata, cui levia rhabarbarina suffecere.

Augustus. Fervor cœli æstivi hoc mense vix non summus cum pluviarum defectu summaque telluris ariditate, cujus tam diu continuati æstus nullus per sæculum meminerit; inde hortorum agrorumque adhuc florentium summæ noxæ. Messis interim optima feracissimaque frugum tum copia tum bonitate; mirabile id præterea, solani esculenti bulbos, quod per plurimos annos in pecorum hominumque quotidianum pabulum, copiosissimum ubivis plantatum, annonæ etiam caritatem levavit, nunc degenerare sensim magis per aliquot annos communi agricolárum querela, ut crescat quidem planta, sed vix ullis relictis bulbis, unde sensim deficere ubivis ac deserere solum sibi exoticum incipiat. Tentamina plura e semine, jure patrio magis fortassis gaudente, educandi plantam, haud satisfecere hactenus.

Barom. summum 28. p. $1\frac{1}{2}$ l. imum 27. p. $8\frac{1}{2}$ l. adeo differentia tantum 5 lin. Therm. summum mane 16. a merid. in umbra 27. sub sole 37. imum 10. mane sub finem mensis.

Morbi eo mense rariores itidem, integraque ubivis incolumitas; nisi quod adfectiones cardialgicæ, pressionis tensionisque in ventriculo hypochondriisque molesti sensus complures in pagis, epidemicum fere in modum vexarent restarentque diutius; cujus ratio ea potissima visa, quod æstivis sub fervoribus in agris laborantes, copiosas nimis aquas ingurgitarint; sed nec difficulter rhabarbarinis cum magnesia cessit adfectio. Successit diarrhæa fere epidemica in infantibus, sed & facili medendi methodo cedens. Videtur acre in humorum massa genitum, pro ratione partium, quas obsidet, diversa morborum facie deflagrare, ut viderim diarrhæam exanthemate cutaneo solutam cessantemque, sed & hoc evanescente, tussim siccam ferocem ortam, cui ulcera cutanea, vesicatoriis inusta, succurrere debebant. Sub finem mensis dysenteria alibi biliosi quidem ingenii, incepit, neglecta pluribus lethalis.

September ab æstivo Jove vix non subito descivit, pluviis frigidis ventisque septentrionalibus ab initio ad medium usque horridus; donec cum ventis Orientalibus rediret serenior cœli facies per plures dies continuata. Die 22. circa h. 10. nocturnam aurora borealis pulcherrima adparuit. Sub finem mensis fulgura vespertina cœlum nubilum pluviosumque intulere.

Barom. ſummum 28. p. 1. l. imum 27. p. 5. l. Therm. mane ſummum 11. a merid. in umbra 17. ſub ſole 29. imum mane 8.

Morbi noſtro ſub aëre montoſo rariores cum elangueſcente fere medica praxi. Rariora elata funera, niſi ſenum decrepitorum ac morbis chronicis, & cachexia pauperum conſumptorum: leves colicæ, diarrhææ, febres hinc inde rariores intermittentes, biliofæ ſimplices, in vicinis locis ruralibus, crebri vomitus ſpontanei biliofi, haud dubie a ſubita aëris mutatione, ac materiæ tranſpirabilis acrioris vitio. Mannhemii vero locisque Rheno vicinis ſæva dyſenteria, pluribus lethalis deſæviit; in caſu ancipiti admodum emplaſtrum cum octava parte empl. veſicatorii junctum, abdominique impoſitum ſibi efficaciſſimum retulit cel. Mannh. Practicus.

October nebulis matutinis, pluviis ventorumque vehementia aſperatus, tonitruis levibus die 4to ingruentibus. Circa medium menſis frigus glaciale matutinum incubuit; ſucceſſere iterum pluviæ vix non quotidianæ; Die 27mo ſubita fluvii Nicari ſub noctem ingens inundatio urbem terrore complevit, cujus ſerior ætas haud meminit, ultra conſuetam altitudinem ad 22 pedes aliquibus in locis æſtimata cum ingentibus, quos alluit fluminis injuria, damnis. Succeſſit die 31. ſimilis majorque Rheni exundatio, ipſis Mannheimenſibus portis cum ingenti incolarum terrore imminens.

Barom. ſummum 27. poll. 10 lin. imum $1\frac{1}{2}$. cum ſubita viciſſitudine a 6 l. ad $\frac{1}{2}$ ſupra 27. ſub veſp. ad 4 iterum cum vento occidentali vehementi. Therm. ſummum 12. ſub ſole 17. imum. 0.

Morbi nulli ſingulares præter diarrhæas crebra tempeſtatis mutatione natas, in pluribus cum teneſmo junctas. Pluribus ventriculi dolor tenſivus, ructus moleſti. Aliis lenia emetica indicata, rhabarbarina aliis profuere. Catarrhi tuſſesque aliis frequentiores eadem forte materie, nunc inteſtina, nunc membranam pituitariam obſidente. Emicuere quoque variolæ natura ſua beniginiſſimæ.

November primos dies ſerenos exhibuit, reliquos nubilos ſæpe pluvioſos. Frigus nullum glaciale; atmoſphæra perpetuo humida frigidaque.

Barom. ſummum 28 poll. $1\frac{1}{2}$ lin. imum 27. 2. viciſſitudo maxima ſubitaque a 6. ad 2. a 8. ad $28\frac{1}{2}$ cum pluviis.

Therm. ſummum $13\frac{1}{2}$ a merid. mane 8. imum 1.

Inter morbos anginæ leviores, diarrhææ in aliis copioſiores cum l. ſine febre comitante, quæ vero l. ſponte, l. levi medicamento ceſſere, quæ miris aëris viciſſitudinibus, quas Barometrum monſtrabat, deberi videbantur.

Febres biliofæ ſimplices, pleuriticæ in aliquibus emicuere, quæ & V. ſem ſubinde exigerent, cœterum lenibus rhabarbarinis, aliquando emeticis auſcultabant.

Adfectio

Adfectio in aliquibus tympanitica occurrit; qua intumuit ventriculus, regio hypochondriaca, abdomen totum, ut mire elevari visum fuerit, molle tamen absque fluctuationis sensu; ingens ructuum copia absque levamine, adsumptorum pondus cum exacerbatione symptomatum, dyspneæ, anxietatis; œdema ingens per pedes ad femora & os ilium porrectum, urina semper parcissima lixiviosa; continuata evacuantia, rhabarbarina, amara, salina, diuretica, ultimo lenes Mercurii dulc doses profuerunt, ut fœminam etiam 70genariam inde convaluisse noverim.

DECEMBER. Totus pluviosus frigore nonnisi semel leviterque glaciali, tempestate adeo continuo humida frigida, ventis aliquoties vehementioribus meridionalibus exasperata.

Barom. summum 28. poll. 5 l. per 10 dies persistens. Imum 27. 1. l. vicissitudo ingens subitaque hoc mense ad 3 l. 4 l. uno die, imo ultra pollicem diebus ultimis.

Therm. summum 8. a merid. imum $\frac{1}{2}$ supra o.

Præter adfectus catarrhales, tusses, raucedines, coryzas, rheumata varia, status epidemicus biliosus incipit, quo complures febre biliosa simplici decumberent, plures absque febre evidente, solo fere sensu pressionis in ventriculo, quasi nodi inhærentis, ardorisque ibi flagrantis molestia, nausea, sapore amaro, lassitudine, phlogosi febrili adfligerentur, quin lecto addicerentur; cardialgia vehementior alios lacessit, causa tantum biliosa, vomitu demum ejecta. Alios gravior invasit injuria febre vehementiori, putridæ simili cum diarrhæis fœtidissimis, vermibus etiam ano ejectis; omnibus molestus ille tensionis hypochondriacæ sensus cum ructuum copia junctus. Emetica, infus. rhabarb. Cort. peruviani cum acidis min. satisfecere hactenus. Semel aphthas fere criticas cum vera febris solutione observavi. Nulli lethalis hucunque nisi uni juveni, qui in initio morbi proprio consilio, copiosissimam V. S^nem passus, viribus in decursu fractis, inter deliria manuumque gesticulationes diem supremum obiit. Pluribus adhuc, qui debiliorem corporis constitutionem nacti, in tertiam quartamque hebdom. decurrit morbus inter leniora symptomata tensionis illius pressionisque in ventriculo, diarrhæas fœtidas, lassitudinem, sitim vix ullam, noctes sat tranquillas, calores moderatos; qui ad morbi mucosi Rœderiani genium accedere videtur, præmissisque ac iteratis etiam emeticis, cum C. Peruviani, acid. min. usu bonam salutis prognosin alit; cujus descriptionem eventusque alii occasioni temporique reservo.

Viventium hac in urbe cœterum, natorum denatorumque anno 1778 schedulam mihi traditam adnecto; quæ viros exhibet 2634, mulieres 2135, filios 1890, filias 2384, famulos 643, famulas 739, summ. 10425; natos hoc anno filios 190, filias 162, summa 357; denatos viros 66, mulieres 76, filios 69, filias 67, summa 278; connubio junctos 74.

Occa-

Occasionem dedit hæc præfandi disputatio de PLETHORA ex causis suis derivata ponderataque meo sub præsidio habenda:

Cl. Medicinæ Candidati

JOSEPHI CHRISTIANI SCHNORR

quam is publico examini subjicere & honoribus medicis, quos ambit etiam in hac palæstra dignus reperiri cupit. In ejus, ut moris academici est, recensendo vitæ curriculo, quod meliorem de studiis ejus exspectationem confirmet; paucis ipse versabitur.

Strata ad vitam academicam via ego JOSEPHUS CHRISTIAN. SCHNORR Palatino Brettensis hanc Musarum Palatinarum sedem adii, & jura literariæ civitatis a Magnifico tunc Rectore D. THADÆO MÜLLER accepi. Hic Medici ordinis antistites adire licuit Cel. GATTENHOF in Therap. speciali, Mat. Medica, & Botanicis tam prælectionibus quam excursionibus; Cl. SCHOENMEZEL in Physiologia, Pathologia, & arte Obstetricia; Cl. de OBERKAMP in Anatomia, Chirurgia, Medicina forensi & Diætetica, qui etiam me comitem sibi adjunxit ad lectos ægrorum; Cl. NEBEL in Chemia: Ac per quinquennium & quod excurrit horum celeberrimorum in arte medica virorum, quorum celebritas, quamdiu scientiis suus constabit honos, nunquam interibit, lectionibus interesse atque ex eruditissimis illorum discursibus uberrimos fructus capere mihi contigit; palamque profiteor, quod nec temporis vetustas nec casus ullus nec fortuna magnitudinem Inclytæ Facultatis Medicæ erga me meritorum ex animo delebit unquam.

Stitit sese tentamini rigorosoque Facultatis nostræ examini, ac omnibus eruditionis tam scholasticæ quam practicæ documentis quæ nobis exhibuit, promeruit, quo unanimi voto via illi ad summos in arte honores panderetur. Dies hinc illi dictus est hujus mensis 25, quo suam de Plethora Dissertationem moderante Cel. GATTENHOF præmissa lectione cursoria, *de morbis ex frequentiori potu Caffe*, defendet. Atque ab eo doctoralibus condecoratus insigniis, hujus gradus prærogativis atque privilegiis ex decreto Inclytæ Facultatis Medicæ & Authoritatis illustr. Procancellarii remunerabitur, præmissis quæstionibus inauguralibus.

PROMOTORIS

Homo, an victui vegetabili magis animalive ipso naturæ instituto natus?

NEO - DOCTORIS

Quænam inter ciborum tum vegetabilium tum animalium genera sanitati hominis maxime nociva?

Hanc panegyrin publicam, ut Rector Academiæ Magnificus, illustris Procancellarius Senatus Academici proceres, hospites omnium ordinum Honoratissimi inprimis nostri generosissimi ac nobilissimi cives sua præsentia solemnem reddere velint, ordinis medicorum meo & Candidati nomine ea, qua par est observantia rogo atque obsecro. Datum Heidelbergæ die 25. Aug. 1779.

(L.S.)